

richtig ist, die der päpstlichen Bevollmächtigten gewesen sind, gedarbt hätte, noch nicht zu ziehen. — Diesem muthmasslichen Verhältnisse Rechnung tragend, habe ich die Varianten von B in den Noten verzeichnet, ohne sie zur Verbesserung des Textes von A heranzuziehen.

1) Dominus imperator F. * sicut dominum papam A. in catholicum et universalem papam recepit, ita ei debitam reverentiam exhibebit, sicut catholici sui antecessores suis¹ catholicis antecessoribus exhibuerunt. Successoribus quoque suis catholice intransitibus eandem reverentiam exhibebit.

2) Et reddet dominus imperator veram pacem tam domino pape Alexandro² quam omnibus successoribus suis et toti Romane ecclesie.

3) Omnem vero possessionem et tenementum sive prefecture sive alterius rei³ quam Romana ecclesia⁴ habuit et ipse abstulit per se vel per alios, bona fide restituet ei salvo omni iure imperii. Ecclesia quoque Romana omnem possessionem et tenementum quod ei abstulit per se vel per alios, bona fide ei restituet salvo omni iure Romane ecclesie⁵.

4) Possessiones etiam quas dominus imperator restituet, ad retinendum iuvabit.

5) Similiter et universos vasallos ecclesie quos occasione scismatis dominus imperator abstulit vel recepit, dominus imperator⁶ absolvet et domino pape A. restituet et ecclesie Romane⁷. *

6) Preterea dominus imperator et dominus papa⁸ ad honorem et iura ecclesie et imperii conservanda se vicissim⁹ iuvabunt, dominus papa ut benignus pater devotum et carissimum filium et imperatorem christianissimum, dominus vero¹⁰ imperator ut devotus filius et christianissimus imperator dilectum et reverendum patrem et beati Petri vicarium.

7) Quaecumque autem tempore scismatis vel occasione ipsius aut sine ordine iuditiario ecclesiis a domino imperatore vel suis sunt ablata, eis restituentur.

8) Domina etiam B. imperatrix¹¹ recipiet dominum papam A. in catholicum et universalem papam. Dominus quoque Henricus¹² rex filius eorum similiter eum recipiet et ei et catholicis successoribus suis debitam reverentiam exhibebit et iuramentum quod dominus imperator exhibuerit, similiter et¹³ ipse prestabit.

9) Pacem¹³ autem veram reddit dominus imperator et dominus Hericus¹⁴ rex filius eius illustri regi Sicilie usque ad XV annos, sicut per mediatores pacis est ordinatum¹⁵ et scriptum.

1) eius B. 2) *Fehlt in B.* 3) rei alterius B. 4) ecclesia Romana B. 5) ecclesie Romane B. 6) dominus imperator *fehlt in B = VU.* 7) et ecclesie Romane restituet B = VU. 8) dom. papa et dom. imp. B = VU. 9) vicissim se B = VU. 10) ut B *statt* autem. 11) imp. B. B. 12) et dominus quoque Hainricus B. 13) *Vor Pacem Paragraphenzeichen in B.* 14) H. B. 15) ordinatum est B.